



PA
4274
I52L4





I N D E X
S C H O L A R U M

PUBLICAE ET PRIVATIM


IN ACADEMIA

GEORGIA AUGUSTA

PER SEMESTRE AESTIVUM

A. D. XXII. M. APRILIS USQUE A. D. XVI. M. AUGUSTI
A. MDCCCLXII.

HABENDARUM.



*Praemissa est Ernesti de Leutsch de Pindari carminis Isthmii secundi prooemio
commentatio.*

GOTTINGAE

TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA.
(GVIL. FR. KAESTNER.)

PH

4:74

1964



80621

ACADEMIAE GEORGIAE AUGUSTAE
PRORECTOR

HERMANNUS SAUPPE D.

CUM SENATU.

Quod dixi in indice scholarum aestivalium a. MDCCCLIX etiam nunc in Pindari carminibus locos haud paucos inveniri, ubi viri docti propter verborum corruptelas aut structurae difficultatem de poetae sententia ambigerent, hac scribendi occasione ita utar, ut exemplo illustrem et doceam exstare in eo poeta versus, quorum vim, licet lectio, verborum significatio, structura grammatica difficultatibus nullis premantur, interpretes tamen aut omnino non aut ex parte tantum assecuti sint. Quibus locis Isthm. 1, 10 adnumerandum esse, de quo in Philol. T. XVIII, p. 486 egi, verbo monuisse sufficiat: pluribus de carminis Isthmii secundi prooemio disseram. Ibi priscos poetas legimus, simulac pueros in aetatis flore constitutos ut materiam carminis suavissimam naeti essent, illico carmina melliflua iaculatos:

οἱ μὲν πάλαι, ὦ Θρασύβουλε, φῶτες, οἱ χρυσαμπύκων
ἐς δίφρον Μοισᾶν ἐβαινον κλυτὰ φθόγγι σνναντόμενοι,
ῥίμφα παιδείους εἰόξεον μελιγάρνας ἴμνους,
ὅσους ἐὼν καλὸς εἶχεν Ἀφροδίτας
εὐθρόνου μνάστειραν ἀδίστιαν ὀπώραν.

Iam vero veteres interpretes cum de omnibus poetis haec dici non posse facile perspicerent, identidem quaesiverunt quodnam poesis genus, quinam poetae Pindari animo cum haec scriberet obversati sint: legimus enim in scholiis ad vs. 1: ταῦτα δὲ εἶναι καὶ εἰς τοὺς περὶ Ἀλκαῖον καὶ Ἴβικον καὶ Ἀνακρέοντα καὶ εἴτινες [adde ἄλλοι] τῶν πρὸ αὐτοῦ δοκοῦσα περὶ τὰ παιδικὰ ἡσχολῆσθαι: quae ne contemnas neve aliunde nisi e doctis veterum Alexandrinorum commentariis traducta esse tibi persuadeas, vetant opinor quae scholl. ad Aristoph. Thesmoph. 168 habent: Ἴβικος ὁ Ῥηγῖνος καὶ Ἀνακρέων ὁ ἀπὸ Τέω καὶ Ἀλκαῖος ὁ Λέσβιος μέλη ἔγραψαν πρὸς λύραν. Quibus adici poterit Stesichorus ab Athen. XIII, p. 601 A inter poesis amatoriae auctores relatus: καὶ Σιτησίχορος δ' οὐ μετρίως ἐρωτικὸς γενομένος συνέστησε καὶ τοῦτον τὸν τρόπον τῶν ἀσμάτων, εἰ δὲ καὶ τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο παιδεία καὶ παιδικά, ubi παιδεία ex Heckeri emendatione [v. Philolog. T. V. p. 505] pro corrupta editionum lectione παιδιὰ exhibui: etiam cantilenas populares addendas censeo, quarum argumentis qui fines antiquo tempore constituti fuerint quamquam nos vix possumus coniectura augurari, in nostra tamen causa eas propter praeclaram illam Chalcidensium cantiunculam testes adhibere licet, quam Plutarch. Amat. c. 17 servavit, in ordinem Bergkii rededit Poet. Lyr. Gr. p. 1036, n. 32:

ὦ παῖδες, ὅσοι Χαρίτων τε καὶ παιτέρων λείπει ἔσθλων,
 μὴ φθονεῖθ' ὄρας ἀγαθοῖσιν ὀμιλεῖν.
 σὶν γὰρ ἀνδρεία καὶ ὁ λυσιμελής ἔρωσ ἐπὶ Καλκιδέων Θάλλει πόλεσιν,
 vs. 2 Bergkiius ὀμιλίαν: res quidem, quae his versibus tanguntur, in Olympi-
 adum initium incidisse possunt, forma metrorum, ut in transcurso notem,
 non ante Alcaei tempora nasci potuit. Sed quid prodit manifestatque hos
 potissimum a Pindaro respici poetas? Videamus haec:

6. ἂ Μοῖσα γὰρ οὐ φιλοκερδῆς πω τότ' ἦν οὐδ' ἐργάτης·
 οὐδ' ἐπέγρανιο γλυκεῖαι μελιγθόγγον ποῦ Τερψιχόρας
 ἀργυροθεΐσας πρόσωπα μαλθακόφωνοι αἰοιδία.

Recessi vs. octavo a Boecklio cum codicibus lectionem ἀργυροθεῖσαι tuente
 et verissimam Gurlitti emendationem ἀργυροθεΐσας recepi: πρόσωπα enim,
 numerum pluralem, iam Homerus de una eaque pulcherrima Briseide posuit
 H. T. 285 χερσὶ δ' ἄμυσσεν Σιήθειά τ' ἠδ' ἀπαλήν δειρὴν ἰδὲ καλὰ
 πρόσωπα: item de Penelopa Od. σ, 173 μηδ' οὐτω δακρυόισι πεφνυρ-
 μένη ἀμφὶ πρόσωπα ἔρχεν, ad quem locum Eustathius dicit p. 1842,
 61: τὸ δὲ πρόσωπα πληθυντικῶς ἔφη διὰ τὴν καὶ αὐτὰ διάχραν καὶ τὴν ἐν-
 τεῖθεν διαπέριαν, ὁποῖο δὴ νιν λόγῳ καὶ ἡ Ἰλιάς ἐν τῇ μονομαχίᾳ πληθύ-
 νει τὸ τοῦ Αἴαντος πρόσωπον, tum de Enryclea vetula Od. τ, 361 γρηῖς δὲ
 κατέσχετο χερσὶ πρόσωπα: de Vulcano H. Σ, 414 σπόγγῳ δ' ἀμφὶ
 πρόσωπα καὶ ἄμφω χεῖρ' ἀπομόργνυ, cui loco Eustathius p. 1151, 18
 haec adscripsit: πρόσωπα δὲ καὶ τὴν πληθυντικῶς, ὡς καὶ νιν τῶν ἡρώων
 ἀλλασοῦ: nam de Aiace dicit H, 212 poeta: μετιδιόων βλοσυροῖσι πρόσ-
 ῶπασι, ubi Eustathius p. 676, 59 haec profert: καὶ οὐ πληθύνει τὰ πρόσ-
 ῶπα ἢ ἦρωι ὁ ποιητής, οὐ μόνον ἀφελῶς κατὰ τὸν γράψαντα τὸ, Πῦξ παλεῖ
 αὐτὸν κατὰ τῶν προσώπων [haec verba citat etiam Suid. s. v. Πῦξ, ubi
 editores Eustathii immemores fuere], ἦγον κατὰ τῆς ἐνθεν καὶ ἐκείθεν
 περιῆς, ἀλλὰ καὶ ὡς θαρσαλέῳ τὸ μὲν γὰρ θάρσος διαχέει, συσιέλλει δὲ ὁ
 φόβος, διὸ καὶ ὁ μὲν θαρσῶν μακρὰ βιάει, οὐ συμποδιζόμενος ἢ δέει, ὁ
 μέντοι δειλιῶν ὀκλαῖει καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους ἴξει πόδας. εἶοικε δὲ πῶς ἀρχὴν
 ἐνεῖθεν λαβεῖν ὁ εἰπὼν [Eur. Phoeniss. 314] ὄργημα παρητίδων ἦν τοῦ
 προσώπου ἔκτασιν καὶ πλειύνητα, καὶ ὁ σίσμα πληθύντας Ὀμηρικῶ ζήλω ἐν
 τῷ [Sophoel. Trach. 938], ἀμφιπίπτων στόμασι, quibusum fere con-
 spirant quae breviter exponunt Scholl. Venet. BL ad eundem locum: εἰ δὲ
 τὸ πληθυντικῶς χρῆσασθαι· σμικρύνει γὰρ τὸ πρόσωπον καὶ ἀποσσενοῖ δειλία,
 χαρὰ δὲ πληθύνει τε καὶ διαχέει: demique Ulysssem adducimus. de quo Od.
 θ, 85 narrat φῆρος . . . καὶ κ κεφαλῆς εἴρυσσε, κάλυψε δὲ καλὰ
 πρόσωπα, ubi Eustathius p. 1586, 61: πληθύνει δὲ κἀντιανθα τῷ ἦρωι τὰ
 πρόσωπα Ὀμηρος ὡς καὶ ἀλλασοῦ τῷ Αἴαντι, εἰπὼν ταῦτα καὶ καλὰ διὰ τὴν
 προλεχθεῖσαν θεσπεσίαν χάριν ἢ κεφαλῆ καὶ ὤμοις ἐπεχύθη: hinc idem usus
 ad Atticos pervenit atque ad senioris aetatis epicos, ex quibus Meinekius
 Anal. Alexand. p. 155 et L. Dindorfius ad Steph. Thes. L. Gr. s. πρόσωπον
 p. 2048 C exempla collegerunt: iis addo etiam in v. μέωπον hunc pluralis
 usum observari, sed multo rarius: Hom. Od. ζ, 107 πασσάων δ' ὑπέρ ἧγε
 κάρτα ἔχει ἰδὲ μέτωπα, Heraclid. Anthol. Palat. VII, 365, 1 ἀκόνις
 ἀριίσκαπιος, ἐπι σιιάλας δὲ μειώπων Σειονίαι φύλλων ἡμι-

Θαλεῖς σιέφαγοι. Haec de lectione: nunc sententiam exploremus. Attendendum est ad vv. ἂ *Μοῖσα*: haec enim non cum scholiis de Musa in univ-
ersum, sed, cum ex usu apud Pindarum saepius obvio articulus nominibus
propriis praemissus demonstrativa vi praeditus sit, v. Isthm. V, 16 et quae
Tych. Mommsen. in Ritschl. et Welck. Mus. Rhen. T. IV, p. 561 disputavit,
de ea Musa accipi debent, quae eorum carminum, quae modo commemorata
sunt, curam suscepit; dicit igitur Pindarus: haecce Musa mercennaria
tunc non erat, ea scilicet, quae carminibus in pueros excellenti forma
scriptis praeerat. Huius Musae quae carmina et qui poetae essent ut accu-
ratius significetur, versus septimus adiecit: neque etiam ab Terpsi-
chore cantus dulces vendebantur: Terpsichore autem, cuius locum
apud Alemanem Calliope occupat, v. Hephaest. π. μέθ. I, p. 44 Gaisf., fr. 36
Bergk., Stesichore in Ergotimi et Clyti vaseculo, v. Gerhard. Act. Archaeol.
T. VIII, 1850, p. 261, tab. XXIII. XXIV, cum carminum choricorum parens
et patrona sit (Plat. Phaedr. p. 259 C), et nomine et munere plurimum
distat ab ea quae antecedenti versu, ut supra ostendimus, Musae nomine
nuncupatur, quo etiam fit, ut carmina Musae amatoriae ab iis, quae Terpsi-
chores numine eduntur, longissime discrepare debeant, et ita quidem, ut
magnifice chori apparatu et decore careant. Itaque cum supra de poetis
quaerebamus, quos strophā prima poeta respexisset, quaerendi erant nulli
nisi qui carmina chori ornatu destituta composuissent: ergo, cum veteres
Alexandrini, qui in Pindarici loci sententia falli non potuerunt, Aleaeum,
Ibycum, alios huc revocaverint, horum carmina amatoria ehorica non fuisse
pro comperto eos habuisse sponte apparet. Quae si recte disputata sunt,
corrui nisi fallor id quod Welckerus, vir de poesis Graecae historia meri-
tissimus, ex hoc Pindari loco collegit, totam Ibyei poesin amatoriam et cho-
ricam fuisse, v. eius Script. minor. T. I, p. 228: hoc reiiciendum esse vi-
derat quidem iam Schneidewinus in censura Diar. Jenens. a. MDCCCXLVI,
Nr. 290 inserta, sed cum et ipse Pindarici loci rationem non satis perspectam
haberet, omnem de Welkeri sententia scrupulum non exemit. Quae cum
ita sint, poeta dixit: antiquo tempore neque carminum amatoriorum sine
choro canendorum auctores neque ehorici poetae prava lucri cupidine ducti
carmina pepigerunt: et sic laudata praeorum temporum virtute ad suae ae-
tatis mores notandos transit:

νῆν δ' ἐγίημι τὸ ἰώργειον γυλάξαι
10. ῥῆμ' ἀλαθείας * * ἀγχισια βαῖνον,

χρήματα, χρήματ' ἀνὴρ, ὅς γὰ κινάνων θαμὰ λειψθεῖς καὶ φίλων.
ἔσαι γὰρ ὡν σοφός· οὐκ ἀγνώτ' αἰίδω
Ἰσθμίαν ἵπποισι νίκαν,
ἰὼν Ξενοκράτει Ποσειδάων ὀπάσαις κιλ.

Lacunam vs. 10 optime G. Hermannus voce ὀδῶν explevit: alia quidem post
eum tentata sunt, sed invita ut videtur Musa. Sed quorsum nunc tendit
poeta? Si scholiastam audimus, de mercede a Xenoerate denegata queritur:
Scholl. ad inscript.: *Καλλίστραιος δὲ γησι τὸν Πίνδαρον μὴ ἰνχόνια ἰὼ καὶ*
ἀξίαν μισθοῦ διὰ τινὰ μικρολογίαν τοῦ Ξενοκράτους, προςδιαλέγεσθαι Θρα-

σινβολῶν τῶν εἰσβολῶν, καὶ οὐκ εἰς Ξενοκράτην, γησί, γέγραφε τὴν ᾠδὴν, ἀλλ' εἰς Θρασύβουλον. καὶ γὰρ ἡ εἰσβολὴ περὶ ἀργυρίου μέμφεώς ἐστιν ὡς Θέλωντος αἰτιῶν τὸν καὶ ἀξίαν μισθὸν κομίσασθαι: id. ad vs. 1: ἐξαιρούσαιο δὲ τὸ προσοίμιον ὁ Πίνδαρος πύλαι, ἐπιπῶ τῆς τοῦ ἐπινίκου γραφῆς μισθὸν ποριζόμενος. γησί δὲ, ὅτι τῶν ληροικῶν οἱ πολλοὶ ἀμισθὶ πρὸς τὰ καλὰ τὴν σπουδὴν ἔχον, ἐπι δὲ τοῦ παρόντος ἀργυρίου πιπράσκειαι τὰ ποιήματα: id. ad vs. 19: ἔσσι γὰρ ὧν σοφός] καῖτα οἱ περὶ Καλλίστρατον συνεργεῖν γεσσιν ἐπιπῶσι: γαρερὸν γὰρ ὡς μισθὸν αἰτιῶν τὸν Θρασύβουλον τὸ τε ἀπόφθεγμα προήνεγκε τὸ περὶ τῶν χρημάτων καὶ προσεπιλέγει· οὐκ ἄγνωσ' ἀεὶδῶ· σοφός γάρ ἐστι καὶ σνήσις πρὸς τὰ ταῦτα εἴρηται: quae refutatione non egent; adeo sunt absurda. Meliora proposuit Dissenus ad h. l. p. 538 ed. Goth., unde haec transcribo: *Thrasylbulus post mortem patris epinicia victoriae Isthmiae celebraturus significaverat, credo, Pindaro gratiam sibi fore, si carmen ab eo haberet; quod quum forte dilatum esset, Pindarus alia Isthmiade, iterum redeunte epiniciorum tempore, hoc carmen per Nicasippum transmisit, excusans se in hunc modum: Olim poetae currum Musarum concedentes prompte pueriles canebant hymnos, ubi quis formosus annos habebat amori aptos, neque enim tum mercenaria Musa erat; nunc vero iubet Argivi hominis vocem observari tanquam verissimam, nummi homo, qui dixit: h. e. at nunc postquam Musa Aristodemi dictum probavit, non iam licet semper prompte amicitiae obsequi, ubi pactis obediendum, quum olim nullis huiusmodi obligationibus obstricti poetae illud prompte sequerentur, quo duceret amor. Sic non postulat mercedem, quod implissimum, sed ridens suaviter Musam mercenariam excusat carminis dilationem eo, quod, opera ante locata aliis, non statim officium praestare potuerit Thrasylbulo.* Sed ut alia omittam, quem suavem risum Dissenus dicit, eum ubinam prodiderit poeta, ego nondum indagare potui. Quomodo his verbis Thrasylbuli animum afficiat reficiatque poeta, tum demum intelligemus, ubi qualis Thrasylbuli fuerit eo tempore quo carmen scriptum est vitae conditio, meminerimus: inde ab eo tempore quo Emmenidarum familiam Agrigentini tyrannide depulerant, Thrasylbulus a republica remotus amicorum perfidiam et pravitatem hominum avaritia ardentium cognoverat: iniqui igitur huius rerum status censuram quandam in antecedentibus actam inque ea mentem totum per prooemium delixam fuisse verbis *ἔσσι γὰρ ὧν σοφός*, i. e. intelligis quid verbis meis subsit, poeta declarat, ita ut totius prooemii sensum hunc fere in modum exponendum censeamus: vita magistra et duce didicisti, divitem potentemque ab hominibus coli; ubi vero divitiae fractae videantur, eundem contemni: sed simul intelligis, me ab hac huius aetatis pravitate esse remotissimum, qui priscorum poetarum integritatem imiter: modo audivi te, dulcem meum amicum, Xenocratis patris optima victoriae in sacris certaminibus reportatas denuo celebraturum, en, adsum et carmen tibi per Nicasippum mitto victorale: v. vs. 47. Ita procedit sententia poeta digna et ad sequentia transitus, quem Ulricus Hist. Poes. Gr. T. II, p. 541 durissimum esse existimat, facillimus paratur Pindarique arti accommodatissimus: v. Nem. IX, 28. Ad hanc loci explicationem

confirmandam etiam alia afferrem, si res et locus postularet: sed satis disputasse videor de hoc uno prooemio. Itaque Vobis, Commilitones carissimi, scholas aestivas commendatas volo; quibus quo paratiores animos alacrioresque attuleritis, eo magis et praeceptorum satisfacietis expectationi et Vestris ipsi rebus consulētis.

P. P. in Academia Georgia Augusta m. Februario a. MDCCCLXII.

RECITATIONES ORDINARIAE.

ORDINIS THEOLOGORUM.

J. G. REICHE, Dr., h. XI—XII quinquies per hebd. *Historiam dogmatum* tradet; publice h. III—IV diebus Lunae et Martis praecipua *Isagoges in libros N. T. historico-criticae* capita exponet.

FRIDERICUS EHRENFEUCHTER, Dr., publice *Exercitationes Seminarii Regii homiletici* die Saturni h. X—XII moderabitur et *Exercitationes catecheticas* more sueto moderari perget. Privatim *Theologiae practicae partem alteram* i. e. liturgicam, homileticam doctrinamque de cura animarum dieb. Lun. Mart. Jov. Vener. h. III—IV, et *Ethicam theologiam* h. XII—I quinīs scholis tradet.

J. G. LUDOVICUS DUNCKER, Dr., *Historiae ecclesiasticae partem alteram* enarrabit sexies p. hebd. h. VIII—IX: *Historiam dogmatum* diebb. Lun., Mart., Merc., Jov., Ven. h. XI—XII et d. Sat. h. VII—VIII tradet.

L. F. SCHOEBERLEIN, Dr., publice *Exercitationes liturgicas* sodalium seminarii practico-theologici moderabitur die Sat. h. IX—X et una cum HILLE, Mus. Dir. Acad., *Cantum ecclesiasticum* eos docebit die Merc. h. VI—VII; privatim *Dogmatices christianae* partem priorem i. e. prolegomena, theologiam et anthropologiam quinquies per hebd. h. XII—I, et *Theologiam practicam* dieb. Lun. Mart. Merc. Jov. Ven. h. IV—V, et d. Sat. VIII—IX tradet. Praeterea *Societatem theologiam* die Ven. h. VI—VIII moderabitur.

J. T. A. WIESINGER, Dr., publice *Seminarii homiletici exercitationes* die Sat. h. X—XII, et *Exercitationes catecheticas* die Merc. h. V—VI moderabitur. Privatim *Pauli Ap. epistolam ad Romanos* quinīs p. h. lectionibus h. IX—X interpretabitur. Publice *Joannis, Petri, Jacobi App. vitam et doctrinam* exponet.

J. WAGENMANN, publice *Historiam ecclesiasticam aetatis recentioris* enarrabit ter per hebd. hora III—IV. Privatim *Historiae ecclesiasticae partem priorem* tradet senis scholis h. VIII—IX; idem *societatem historicam theologiam* moderari perget.

* * *

FRID. GOD. RETTIG, Dr. ph., Gener. Super. Princ. Gotting., *exercitationes catecheticas* diebb. Merc. et Sat. hora I—II, vel alia commilitonibus commoda sueto more moderabitur; *praelectiones de arte catechetica*, Deo favente, semestri hiberno continuabit.

ORDINIS JURISCONSULTORUM.

GEO. JUL. RIBBENTROP, Dr., hora IX—X et hora XI—XII *Punctas* tradet, omisso tamen jure obligationum, quod ill. collega FRIDERICUS MOMMSEN docebit; ter per hebdomadem dieb. Martis, Jovis et Veneris hora V—VI scholas exegeticas instituet.

GUIL. THEOD. KRAUT, Dr., *Jus Germanicum privatum cum feudorum et mercaturae jure* ex quarta libri sui (*Grundriss zu Vorlesungen über das deutsche Privatrecht u. s. w. Gött. 1855*) editione quotidie h. VII—VIII et IX—X adjunctis *theoretico-practicis exercitationibus* una auditoribus comoda hora tradet.

GUIL. FRANCKE, Dr., *Institutiones juris Romani* h. XI—XII, doctrinam *de hereditatibus* h. VIII—IX docebit, publice binis scholis h. III—IV *tit. D. de hered. petit.* interpretabitur.

H. A. ZACHARIAE, Dr., tradet: *Jus publicum Germaniae*, sexies per hebdom. h. XII—I. *Processum criminalem* tam juris communis, quam illarum legum, quae recentioribus temporibus de reformandis publicis judiciis in Germania latae sunt, quinque per hebdom. hora X—XI.

H. CAROL. BRIEGLÉB, Dr., doctrinam de *summariis causarum civilium cognitione* h. IV—V ter quaterve per hebdom. exponet.

AEMIL. HERRMANN, Dr., *Jus criminale* docebit senis lectionibus h. X, quaternis *Juris philosophiam* h. XI. Bis per hebdom. publice *Selecta juris criminalis capita* tractabit.

HENR. THÖL, Dr., quater per hebdom. *Civile practicum* instituet dd. Lunae et Jovis hora IV—V et V—VI. *Jus mercaturae* e libro suo (*das Handelsrecht vierte Auflage*) quinque tradet hora VII—VIII.

FRIDERICUS MOMMSEN, Dr., h. XI—XII *Institutiones juris Romani*, h. XII—I *Jus obligationum*, h. VIII—IX doctrinam de *hereditatibus* tradet.

O. E. HARTMANN, Dr., sexies per hebdom. hora XI—XII *Theoriam processus civilis* docebit.

ORDINIS MEDICORUM.

C. F. H. MARX, Dr., h. III—IV doctrinam de *Remediorum effectibus atque usu et arte formulas medicas concinnandi* quinque per hebdom. tradet; hora IV—V diebus Lunae, Martis et Mercurii *Pathologiam et Therapiam generalem* docebit.

F. WÖHLER, Dr., IX—X sexies per hebdom. *Chemicam* tradet. In laboratorio academico una cum Dr. Geuther, Dr. de Uslar, Dr. Fittig et Dr. Beilstein adjutoribus *Praxin* chemicam docebit.

RUDOLPHUS WAGNER, Dr., *Zoologiam generalem* (i. e. Conspectum physiologicum et systematicum regni animalium) quater per hebdom. diebb. Lun. Mart. Jov. Vener. hora VIII—IX; *Embryologiam hominis cum historia evolutionis mammalium atque pulli in ovo comparatam* die Saturni hora X—XI docebit et demonstrationibus illustrabit.

GUIL. BAUM, Dr., publice de *ossibus fractis et luxatis* d. Ven. et Sa-

turni h. II—III; privatim doctrinam de *oculorum auriumque morbis* quater p. h. h. II—III; *chirurgiae partem primam*, quinquies h. IV, d. Saturni h. III exponet; *exercitationes clinicas et policlinicas chirurgicas et ophthalmiatricas* in nosocomio Ernesto-Augustano diriget quotidie h. IX. ad h. X c. dimid.; *exercitationes operationum chirurgicarum et ophthalmiatricarum in cadaveribus*, quoties ea aderunt, in museo anatomico instituet.

J. HENLE, Dr., *Anatomiae systematicae partem secundam (Angiologiam et neurologiam)* quotidie h. XII—I, *Anatomiam generalem* d. Lun. Mart. Merc. h. XI—XII tradet. *Exercitationes microscopicas* binis per hebdomadem horis pomeridianis offert.

A. GRISEBACH, Dr., h. VII sexies *Botanicen tam generalem quam specialem* explicabit et excursionibus botanicis plantarumque horti acad. demonstrationibus illustrabit; h. VIII quater per hebdomadem *Botanicen medicam* docebit. Seminarii physico-mathematici sodalibus *Exercitationes practicas ad Botanicen systematicam spectantes* offert.

C. E. HASSE, Dr., *Pathologiam et Therapiam specialem* sexies hora VII et bis die Mercur. et Saturn. hora VIII tradet. *Scholam clinicam et policlinicam* quotidie hora X et dimidia moderari perget.

G. MEISSNER, Dr., *Physiologiae experimentalis partem primam* (quae ad nutritionem corporis spectant functiones) tradet hora X quinquies per hebd. *Exercitationes practicas* in instituto physiologico moderabitur quotidie horis commodis.

HERM. SCHWARTZ, Dr., Prof. des., h. adhuc definiend. *Tocologiam* quat. p. hebd. docebit; *Exercitationes clinicas* binis scholis moderabitur; *Cursum operationum* instituet.

ORDINIS PHILOSOPHORUM.

G. C. J. ULRICH, Dr., *Trigonometriam planam et sphaericam cum Stereometria* h. X tradet. *Geometriam practicam* adjunctis excursionibus diebus Lunae Martis Jovis Veneris h. V—VII docebit. In Seminario physico-mathematico *exercitationes mathematicas* moderabitur die Merc. h. II.

CAROLUS HOECK, Dr., *Historiam literariam universalem* tradet. hora e tabulis publicis indicanda.

HENR. EWALD, Dr., *Iobum et scripta Salomonica* interpretabitur h. X. *Linguas arabicam et aethiopicam* docebit ternis lectionibus h. II, *persicam et armeniacam* cum *sanscrita* comparatas quaternis.

GULIELMUS WEBER, Dr., h. V—VII publice *Seminarii physico-mathematici* sodales instituendis *Observationibus physicis* exercebit. privatim *Physices experimentalis partem primam* dd. Lun. Mart. et Merc. docebit.

F. TH. BARTLING, Dr., *Botanicen specialem*, praemissis Bot. generalis elementis, sexies per hebd. h. VII; *Botanicen medicam* quinquies per hebd. h. VIII; *Botanicen oeconomicam* dieb. Lun. Mart. Jov. et Ven. h. XI tradet. — *Excursiones botanicas* sueto more instituet. *Demonstrationes in horto academico* hora commoda habebit.

HENRICUS RITTER, Dr., h. III—IV quinquies per hebd. *Logicen* et

Metaphysicæ, h. V—VI quinquies per hebd. *Historiæ philosophiæ partem priorem* seu *Historiam philosophiæ antiquæ* docebit.

CAROLUS OESTERLEY, Dr., lectionum suarum cursum sueto more persequetur.

AUGUSTUS GUILIELMUS BOHITZ, Dr., *Psychologiam* diebus Lunæ, Martis, Jovis et Veneris hora XI—XII tradet; *Historiam Germanorum literariam inde a Lessingio usque ad nostra tempora* dieb. Lunæ, Martis et Veneris h. III—IV enarrabit.

ERNESTUS LUDOVICUS DE LEUTSCH, Dr., publice Seminarii Regii philologici sodalium *disputationes* reget, d. Mercurii h. XI—XII; Proseminarii sodalibus *Sallustii orationes* interpretandas proponet, d. Mercur. hora IX—X. — Privatum *Historiam et artem prosariorum Græcorum* tradet, quater p. hebd. hora X—XI, *Taciti Historias* interpretabitur quinquies p. hebd. hora III—IV.

GUL. HAVEMANN, Dr., hora III diebus Lunæ, Martis, Jovis et Veneris *Historiam præcipuorum Europæ regnorum inde a sæculo sexto decimo usque ad annum 1789* tradet. Hora XI—XII diebus Mart. et Vener. *Historiam reformationis in terris Brunsvico-lunæburgensibus* publice leget.

G. WAITZ, Dr., quaternis scholis h. VIII—IX *Historiam mediæ ævi* tradet; h. IV—V *Antiquitates Germanicas* tradet et *Taciti Germaniam* interpretabitur. Publice semel *Exercitationes historicas* instituet.

E. BERTHEAU, Dr., *Genesim et selecta e reliquis Pentateuchi libris capita* interpretabitur h. X—XI; *librum Danielis propheticum* explicabit diebus Mart. Jov. et Ven. h. XI—XII. Privatissime sed gratis *lectiones Syriacas et Arabicas* continuabit h. II—III.

RUD. HERMANNUS LOTZE, Dr., *naturalem Philosophiam* docebit quatt. dd. hora VIII—IX; *Philosophiam religionis* quatt. dd. hora V—VI, *selecta Philosophiæ capita* tractabit lectionibus publicis hora indicanda.

W. SARTORIUS DE WALTERSHAUSEN, Dr., *Palæontologiam* sive *alteram partem Geologiæ* h. XI—XII explicabit; *Mineralogiam et geognosiam agronomicam* quater per hebd. docebit hora XII—I; *Exercitationes practicas ad mineralogiam spectantes* moderari perget.

JOANNES BENEDICTUS LISTING, Dr., *Opticæ* quater p. h. hora XII tradet; *Exercitationes physicas* die Merc. hora XI moderari perget; in *computandis observationibus meteorologicis exercitationes* hora commoda instituet.

F. L. A. SCHWEIGER, Dr., *Historiam veterum populorum litterariam* adumbrabit quaternis p. h. scholis, horis commodis.

HENR. FERD. WÜSTENFELD, Dr., privatissime *elementa linguæ Arabicæ* docebit.

FRIDERICUS WIESELER, Dr., publice in *Seminario Regio archæologico Gemmas sculptas* tractandas curabit, die Saturni h. XII—I; privatim *Universam Archæologiam artium a Græcis et Romanis cultarum* tradet, quinis scholis, h. X—XI; *Rem scenicam Comicorum Græcorum* enarrabit et *Aristophanis Aves* interpretabitur, ternis scholis h. IV—V; privatim *Commentationis a sodalibus Seminarii archæol. scriptas* recensebit et *Societatis philologicæ studia* reget.

JOH. ED. WAPPÄUS, Dr., publice *Notitiam Rerum publicarum Regni Hanoverae* tradet diebus Merc. et Saturn. hora XI—XII; privatim *Geographiam Americae* docebit, quater per hebd. hora XI—XII.

ERNESTUS CURTIUS, Dr., publice *Seminarii regii philologici* sodalibus *Quintilianii institutionis oratoriae* librum decimum die Jov. et Ven. h. XI—XII. *Proseminarii* sodalibus *Euripidis Hippolytum* interpretandum proponet. Privatim *Ethnographiam* et *geographiam orbis antiqui* docebit, *Graecorum sedes atque monumenta* accuratius describens, quibus vel semis p. h. scholis h. XII—I, et *Propertii carmina* binis vel ternis p. h. scholis h. VIII—IX interpretabitur.

GUIL. MÜLLER, Dr., *Grammaticam linguae theotiscae historicam* tradet quaternis scholis h. II; *Waltharii ab Ariario carmina* ex editione Lachmanni explicabit dd. Merc. et Sat. h. XII; *Societatis theotiscae* studia moderari perget.

HERMANNUS SAUPPE, Dr., publice *Seminarii regii philologici* sodalibus *Lysiam* interpretandum proponet dd. Lunae et Jovis h. XI—XII, *Proseminarii* sodalium *disputationes* reget d. Veneris h. X—XI, *Seminarii regii paedagogici exercitationes* moderabitur, dd. Mercurii et Saturni h. XI—XII. — Privatim *Aeschyli Persus* quaternis p. h. scholis explicabit, dd. Lunae, Martis, Jovis, Veneris h. IX—X, et *Artem grammaticam sermonis latini* tradet item quaternis scholis, dd. Lunae, Martis, Mercurii, Jovis h. VII—VIII matutina.

J. A. HELFERICH, Dr., *rerum oeconomicarum politiam (Volkswirtschaftspolitik)* quater p. hebd., diebus Lunae, Martis, Jovis, Veneris hora III—IV, *Historiam disciplinarum ad rempublicam spectantium (Geschichte der Staatswissenschaft)* ter p. hebd., diebus Lunae, Martis, Mercurii, hora VIII—IX docebit.

FRID. GRIEPENKERL, Dr., quinquies per hebd. diebus Lun., Mart., Merc., Jov. et Ven. h. VIII—IX doctrinam de *peculum pastu* docebit; quater per hebd. diebus Lun., Mart., Jov. et Ven. h. X—XI tradet illam *Chemiae* partem, quae circa *agriculturam* versatur. *Excursiones* ad Theoriam illustrandam spectantes instituet.

M. A. STERN, Dr., tradet: *Calculus differentialem atque integram* quinq. p. hebd. hora VII. *Calculus variationum* diebb. Lunae, Mart. et Merc. hora VIII. In seminario physico-mathematico de *applicatione quarundam serierum ad theoriam numerorum* disseret die Jovis h. VIII.

BERNHARDUS RIEMANN, Dr., *Theorium aequationum differentialium partialium continentium exponet et ad varias quaestiones physicas applicabit* quinis per hebd. scholis h. IX—X.

RECITATIONES EXTRAORDINARIAE.

ORDINIS THEOLOGORUM.

GEO. CHR. RUD. MATTHAEI, Dr., *libros symbolicos ecclesiae Lutheranae* describet et *capita theologiae dogmaticae potiora eorum* illustrabit,

dieb. Mart. et Jov. h. II. Doctrinam de *civitate e praeceptis Christi* exponet, historiae Germanorum a Friderico Magno usque ad finem congressus Viennensis ratione habita praecipua, publice dieb. Ven. h. II.

GEORG. CONR. AMAD. LÜNEMANN, Dr., *tria priora Evangelia* interpretabitur senis p. h. lectionibus h. IX—X. — *Pauli epistolas minores* quinis p. h. scholis explicabit h. XI—XII.

ORDINIS JURISCONSULTORUM.

CAROL. GUIL. WOLFF, Dr., *Relatorium* instituet ternis p. h. scholis h. VII—VIII, Collegium quod *processuale practicum* vocant quinquies p. h. h. VIII—IX.

HERBERTUS PERNICE, Dr., *Theoriam processus civilis* docebit quotidie h. XI; *Historiam juris Romani* h. X; *Institutiones juris publici Hannoverani* quaternis scholis h. XII.

ORDINIS MEDICORUM.

E. A. G. HIMLY, Dr., postquam ex morbo convalescit, lectiones indicabit.

E. F. G. HERBST, Dr., *Physiologiam generalem et specialem* docebit, eandemque experimentis et demonstrationibus microscopicis illustrabit, sexies per hebd. h. X—XI.

A. KRAEMER, Dr., *Diagnosticam physicam*, praecipue *Auscultationem et Percussionem* adjunctis exercitationibus practicis quater per hebd. h. VIII, doctrinam de *fasciis vincturisque chirurgicis* ter per hebd. hora commoda docebit. Privatissime *exercitationes microscopicas* moderabitur.

GUIL. KRAUSE, Dr., tradet *Pathologiam et Therapiam generalem*, d. Lunae, Mart., Jov. et Vener., h. VIII—IX, et *Medicinam forensis*, d. Lun. Merc. h. III—IV et Saturn. h. II—III, vel aliis horis commodis. *Exercitationes microscopicas* in instituto pathologico sueto more continuabit.

ORDINIS PHILOSOPHORUM.

THEODORUS BENFEY, Dr., h. XII—I quater p. hebd. docebit *Grammaticam linguae Sanscritae*. — II, II—III quater p. hebd. interpretabitur *Chrestomathium suam Sanscriticam*.

H. A. L. WIGGERS, Dr., tradet *Pharmaciam* sexies p. hebd. hora matut. VI—VII; *Pharmacognosiam* quinquies p. hebd. hora II—III duce compendio suo: *Grundriss der Pharmacognosie*. 4. Aufl. Gött., Vandenhoeck u. Ruprecht.

THEODORUS MÜLLER, Dr., *Grammaticam linguae francogallicae antiquioris* tradet et carmen epicum quod vocant *la chanson de Roland* interpretabitur, diebb. Lun. Mart. et Jov. h. XII—I; *Grammaticam linguae anglicae* docebit adjunctis *exercitationibus practicis*, diebb. Lun. Mart. Jov. et Ven. h. VI—VII vespertina; *Exercitationes gallice scribendi et loquendi* instituet diebb. Mart. Merc. Ven. et Sat. h. VIII—IX matutina vel alia hora

commoda. Lectiones privatissimas offert in *linguis anglica, francogallica, italica, hispanica.*

CAROLUS BOEDEKER, Dr., *Exercitationes chemicas practicas* in laboratorio physiologico-chemico moderari perget horis et matutinis et pomeridianis.

GUILIELMUS WICKE, Dr., eam *Chemiae* partem docebit, quae ad *agriculturam* pertinet, bis per hebd. — Idem *chemicas exercitationes in usum agriculturae studiosorum* instituet.

H. C. E. DE MANGOLDT, Dr., *Theoriam oeconomiae nationalis* quinque h. III—IV docebit. *Rem financiarum* quinque lectionibus h. V—VI tractabit. Publice d. *acre alieno publico*, d. Saturni h. XII—I disseret.

ERNESTUS SCHIERING, Dr., publice seminarii physici mathematici sodales instituendis *Observationibus magneticis* h. V d. Ven. exercebit, privatim *Mechanicam analyticam* quater p. h. h. XII tradet.

GUILIELMUS KEFERSTEIN, Dr. med., *Anatomiam comparatam* diebus Lun., Mart., Jov. et Ven. hora III—IV tradet; *Demonstrationes zoologicas* die Mercur. hora VIII—IX in Museo academico habebit; *Exercitationes practicas zootomicas et microscopicas* diebus Lun. et Jov. hora IX—XII in Instituto physiologico moderari perget.

* * *

GUILIELMUS KLINKERFUES, Dr., privatim capita selecta *astronomiae physicae* explicabit diebus Lunae et Jovis hora XII; publice hora comoda cum Seminarii physici mathematici sodalibus *Observationes astronomicas* instituet.

* * *

GUSTAVUS SCHWEPPE, rei equestris magister, artem *equitandi* exercitationibus institutis docebit diebus et horis suo tempore indicandis.

E. HILLE, Mus. Dir. Acad., *Harmonicen et theoriam artis musicae* horis audituris commodis docebit. Praeterea ad Societates, quae *Singakademie et Orchesterspiel-Verein* vocantur, invitat.

FRID. GUIL. UNGER, Dr., diebus Mercurii et Saturni h. XII *Archaeologiam christianam*, h. e. *ecclesiarum architecturam nec non ornatum* explicabit. Privatissime doctrinam *de arte quam dicunt perspectiva* tam theoretice quam practice tradet.

* * *

H. M. MELFORD, Dr., privatim *Grammaticam linguae anglicae* adjunctis exercitationibus practicis docebit quater per hebd. hora VI—VII vesp. e libris suis: *Vercinf. Engl. Sprachlehre, Engl. Leseb.* (Ed. V. 1860.) et *Byron's Mazeppa* (ex ed. II. sua 1856.); *anglice, gallice, ital. et hispan. scribendi et loquendi* exercitationes instituet quater p. hebd. hora II e libris suis: *Phraseol. Handwörterb.; Manuel de la langue Franç.; Handb. der ital. Umgangsspr.* (II. Ed.); *Span. Bühnenstücke; Saul e Mirra, Tragedie di Vittorio Alfieri*, praemissa *succincta historia tragoediae italicae*, diebb. Merc. et Vener. hora II exponet. Praeterea privatissime linguas *anglicam,*

franco-gallicam, italicam et hispanicam docebit e libris suis. *Exercitationes scribendi et loquendi* continuabit.

* * *

LUDOVICUS LUELFING, Dr., h. VII—VIII sexies per hebdom. *Morbos animalium domesticorum*, demonstrationibus clinicis in nosocomio veterinario adjunctis, tradet.

RECITATIONES PRIVATIM DOCENTIUM.

ORDINIS THEOLOGORUM.

FRIDERICUS AUGUSTUS HOLZHAUSEN, Phil. Dr. ac Theol. Lic., tradet: *Historiae ecclesiae universalis partem priorem, ab origine Ecclesiae usque ad Viclefiam*, senis lect. hora VIII, *Historiam dogmatum* hora XI, *Grammaticam hebraicam* ternis lect. hora II. *Privatissima* offert.

HERM. SCHULTZ, phil. Dr., theol. Licent., *Theologiam veteris testamenti* docebit, quinquies hora VIII—IX. *Epistolam quae dicitur ad Hebraeos* interpretabitur hora IX—X (dieb. Lun. Mart. Merc.), *Librum Job* hora X—XI (dieb. Merc. Jov. Vener.).

COLLEGIUM REPETENTIUM.

H. JEEP, *privatissima* offert.

DAVID HUFFELD, *evangelium Matthaei* bis per hebdom. diebus Lunae et Jovis h. XI—XII publice interpretabitur.

JOHANNES CROPP, *libros Samuelis* diebus Martis et Veneris hora XI—XII publice interpretabitur.

Exercitationes dogmaticas, historicas, exegeticas Repetentes sueto more moderari pergent.

ORDINIS JURISCONSULTORUM.

F. B. GREFFE, Dr., *Jus Hannoveranum* tradet quinquies p. hebdom. h. II—III.

ERNESTUS MEIER, Dr., *privatim Jus ecclesiasticum cum Catholicorum tum Protestantium* quinquies p. hebdom. h. X—XI; *Historiam juris Germanici tam publici quam privati* sexies p. hebdom. h. XII—I; publice *Historiam constitutionis Germanicae inde ab initio hujus saeculi* semel p. hebdom. die Mercurii h. III—IV tradet.

AUGUSTUS UBBELOHDE, Dr., sexies p. hebdom. h. X—XI *Historiam juris Romani*, quater p. hebdom. h. XI—XII *Jus agrarium Germanicum*, continuo *juris Hannoverani* respectu habito, nec non bis p. hebdom. h. XI—XII *Historiam processus civilis Romani* tradet.

RUDOLPHUS SCHLESINGER, Dr., sexies per hebdom. h. X—XI *Historiam juris Romani* tradet, diebus Jovis et Veneris h. III—IV *Historiam*

processus civilis Romani enarrabit, gratis diebus Mercurii et Saturni hora IX—X *Jus cambiiale* docebit.

GUSTAVUS HARTMANN, Dr., sexies per hebd. h. X—XI *Historiam juris Romani* exponet; gratis semel per hebd. h. XII—I *M. Tullii Cicronis pro P. Quinctio orationem* interpretabitur; de *bonorum possessionis vi ad confirmandum, supplendum, corrigendum jus civile hereditarium* gratis disseret semel p. hebd. h. XII—I. *Repetitoria et Privatissima* offert.

HUGO MEYER, Dr., *Jus criminale* docebit senis lectionibus hora VIII; *Encyclopaediam juris* tradet quater per hebd. hora XII; de *judiciis juratorum* gratis disseret bis per hebd. hora IV.

FERDINANDUS FRENSDORFF, Dr., *Historiam juris Germanici tum publici quam privati* sexies per hebd. h. VIII—IX tradet; *Historiam rei municipalis apud Germanos* semel per hebd. h. XII—I gratis enarrabit.

JACOBUS MAXEN, Dr., sexies per hebd. h. XI—XII *Theoriam processus civilis* tradet. — Binis per hebd. horis postea indicandis explicabit, *qua via ac ratione modus procedendi in causis civilibus hodie usitatus ex jure Romano, Canonico et Germanico, ex processu camerali et Saconico profectus sit.* *Repetitoria et Privatissima* offert.

ORDINIS MEDICORUM.

CH. F. E. STROMEYER, Dr., *Chemiae theoreticae partes singulas nec non Pharmacia* privatissime docebit.

R. WIESE, Dr., *theoriam auscultationis et percussiois* adjunctis exercitationibus practicis quater per hebdomadem docebit horis postea indicandis.

C. F. LOHMEYER, Dr., hora VIII—IX *medicinam forensem*, hora IV—V doctrinam, quam dicunt *Sanitätspolizei*, tradet.

GUIL. L. KÜNEKE, Dr., *Artis obstetriciae doctrinam* exponet quat. p. hebd. hora VI matut. *Doctrinam et cursum operationum* hora II semel et hora VI matut. bis tradet.

ORDINIS PHILOSOPHORUM.

JULIUS TITTMANN, Dr., Ord. Phil. Assessor, *Literarum elegantiorum apud Germanos historiam inde ab Opitio* docebit quinis p. hebd. sch. hora X; de *Dantis Aldigerii vita et scriptis* publice disseret hora V; Societatis liter. circulo privatissime sed gratis *philosophorum graecorum de artibus* doctrinam adumbrabit.

S. LANTZIUS-BENINGA, Dr., Ord. Phil. Assessor, sexies p. h. hora VII *Botanicen generalem et specialem*, quinquies p. h. hora VIII *Botanicen medicam* tradet. *Excursionem et demonstrationes bot. atque exercitationes bot. practicas* instituet. Privatissime *examinatorium ad Botanicen generalem et specialem spectans* habebit.

THEOD. WÜSTENFELD, Dr. phil., *Historiam Italiae inde ab initio medii aevi* quater per hebdomad. hora X—XI diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris publice tradet.

ERNESTUS MOLLER, Dr. phil., ordinis philosophorum assessor, *Pædagogicæ generalis* docebit ternis p. h. scholis diebus Lunæ, Jovis, Veneris hora XII—I. — De *Dei cognitione ex hominis natura investiganda* secundum rationem analyticam disseret publice binis p. h. scholis diebus Martis et Mercurii hora III—IV.

ALB. LION, Dr., h. XI—XII *Plutarchi vitas selectas*, h. I—II *Ciceronis libb. de Officiis* interpretabitur. Privatissime linguas vett. et recent. docebit.

TH. FINCK, Dr., *Doctrinam Politicam* quaternis scholis gratis exponet dieb. Lun. Mart. Jov. Ven. hora post indic.

FRIDERICUS BIALLOBLOTZKY, Dr., de *Geographia sacra*, et de *itineribus* per Italiam, Græciam, Aegyptum, Palaestinam, Mesopotamiam, Chaldaeam, Assyriam, vel olim factis vel etiamnunc ita faciendis, ut artes disciplinaeque sua inde capiant incrementa, quater per hebdom. hora auditoris commoda disseret. — *Archæologiae Biblicæ* capita selecta tradet. — *Grammaticam Anglicam* hora auditoris commoda docebit et *Gwielmi Shakespeare* tragœdias interpretabitur.

M. UHLEMANN, Dr., gratis *Historiam Aegypti inde ab antiquissimis usque ad nostra tempora* enarrabit diebus Merc. et Sat. h. II—III. Privatissime *Grammaticam hieroglyphicam* et *Copticam* docebit.

LEO MEYER, Dr. phil., *Linguae Graecæ et Latinae etymologiam* explicabit diebus Martis Mercurii Jovis Veneris hora VIII—IX. *Linguam Anglo-saxonicam* docebit et *Beowulfi carmen* interpretabitur ter per hebdomadem hora III—IV. *Linguam Sanscritam* docebit et *scripta Sanscritica* interpretanda proponet ter per hebdomadem hora II—III.

HENRICUS DE STEIN, Dr. phil., *Logicam* docebit quater per hebdom. hora XI—XII; *Historiam philosophiæ christianæ* enarrabit h. e. historiam philosophiæ, qualis inter recentiores populos exulta est, inde a Patribus Ecclesiæ usque ad novissima tempora deductam quinquies p. hebd. hora XII—I. *Societatem, philosophicam* moderari perget.

L. DE USLAR, Dr., *Pharmacopœam hannoveranæ novam* commentario illustrabit ter p. hebd. *Pharmaciam in usum medicinae studiosorum* docebit diebus postea indicandis.

LUDOVICUS ADOLFUS COHN, Dr. phil., privatim *Historiam civitatis borussicæ* tradet quater per hebdom. hora XI—XII. Gratis *Wiponis scripta* interpretabitur semel per hebdom. hora V—VI die Lunæ.

ANTONIUS GEUTHER, Dr., h. XII—I *Chemiæ organicæ* tradet.

A. ENNEPER, Dr., *Geometriam analyticam superficialium et linearum dupliciter curvatarum* tradet, adjectis observationibus de *integratione æquationum differentialium partialium* diebus Lun., Mart., Merc., Jov. et Veneris hora XI—XII.

W. BESSELL, Dr. phil., *Historiam imperatorum Romanorum* enarrabit diebb. Lun., Merc., Ven. hora XII—I.

EDUARDUS KRÜGER, Dr. phil., *Artis musicæ historiam* binis scholis dd. Lunæ et Jovis h. XII docebit; *Pædagogicæ artis historiam* binis scholis tradet dd. Martis et Veneris h. XII; *Harmonices et contrapuncti* doctri-

nam privatissimis scholis exhibendam offert; *Cantui sacro* exercendo vacabit horis solitis vespertinis.

HERM. LANGENBECK, Dr. phil., hora matutina IX—X diebb. Merc., Veneris, Sat. *Logicen* docebit, h. XI—XII diebb. Merc. et Sat. *de materiae et animae notione* disseret.

G. TEICHMÜLLER, Dr. phil., privatim bis per hebd. hora VIII matutina *principum hujus saeculi philosophorum systemata* exponet quidque recte docuerint quid minus dijudicabit. *Gratis Societatis philosophicae* sodalibus Ethicorum Nicomacheorum librum I interpretandum proponet.

RUDOLPHUS FITTIG, Dr., *Chemiã analyticã et qualitativã et quantitativã* tradet quater per hebd. diebus Mercurii et Saturni h. XII—I, Jovis et Veneris h. III—IV.

FRIDERICUS BEILSTEIN, Dr., privatim *Chemiã organicã* tradet, quater per hebd., diebus Mart., Merc., Jov., Ven. hora VIII—IX.

THEODORUS NÖLDEKE, Dr. phil., *grammaticã linguã Hebraicã* exponet quaternis scholis hora XI; *Ecclesiasten* explicabit diebus Merc. et Sat. eadem hora; *linguã Turvicã* docebit hora postea indicanda.

A. CONZE, Dr. phil., privatim *Pausaniã de situ Græciãe libros* interpretabitur diebus Martis Mercurii Jovis hora VIII—IX; publice *de vasorum fictiliũ apud Græcos picturis* disseret die Veneris hora III—IV.

SIGURDUS ABEL, Dr., *Historiam Angliãe inde ab anno 1688* bis per hebdom. hora V—VI publice enarrabit.

Musicã, artem delinendi, linguas et literas cultissimorum Europae populorum etiam alii homines eruditi et periti tradent, scholarum illi suarum rationes et tempora loco consueto indicaturi. *Salandi et armorum tractandorum artes* magistri stipendiis regis auctorati docebunt.


SCHOLAE HORARUM ORDINE DESCRIPTAE.

Hora.	THEOLOGICAE.	JURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
6-7			Art. obstetr. (4) <i>Kun- cke</i> . Curs. Oper. (1) <i>idem</i> .	Pharm. (6) <i>Wiggers</i> .
7-8	Hist. dogm. (1) <i>Dun- cker</i> .	Jus germ. priv. (6) <i>Kraut</i> . Jus mercat. (5) <i>Thöl</i> Relat. (3) <i>Wolff</i> .	Botan. gen. et spec. (6) <i>Grisebach</i> . Path. et Ther. spec. (6) <i>Hasse</i> .	Botan. spec. (6) <i>Bartling</i> . Gramm. la- tin. (4) <i>Sauppe</i> . Calc. diff. et int. (5) <i>Stern</i> . Morb. au. domest. (6) <i>Luelfing</i> Bot. gener. (6) <i>Lantzius-Beninga</i>
8-9	Hist. eccles. p. alt. (6) <i>Duncker</i> . Theol. pract. 1 <i>Schoeberlein</i> . Hist. red. (5) <i>Mommsen</i> . eccles. p. prior. (6) <i>Wa- genmann</i> . Histor. eccl. univ. p. pr. (6) <i>Holz- hausen</i> . Theol. vet. te- stam. (5) <i>Schultz</i> .	Doct. de hered. (5) <i>Francke</i> . Doct. de he- Process. pract. (5) <i>Wolff</i> . Jus crim. (6) <i>H. Meyer</i> . Hist. jur. Germ. (6) <i>Frensdorff</i> .	Zool. gener. (4) <i>Wag- ner</i> . Botan. med. (4) <i>Grisebach</i> . Path. et Ther. spec. (2) <i>Hasse</i> . Diagn. Phys. (4) <i>Kraemer</i> . Path. et Ther. gen. (4) <i>Krause</i> . Med. for. <i>Loh- meyer</i> .	Botan. med. (5) <i>Bartling</i> . Hist. med. aevi (4) <i>Waitz</i> . Philos. natur. (4) <i>Lotze</i> . Propert. (2) <i>Curtius</i> . Hist. discipl. rp. spect. (3) <i>Helferich</i> . Doct. de pec. pastu (5) <i>Griepenkerl</i> . Calc. var. (3) <i>Stern</i> . Sem. ph. mat. (1) <i>idem</i> Exerce. gall. (4) <i>Th. Müller</i> Dem. zool. (1) <i>Kefer- stein</i> . Bot. med. (5) <i>Lantzius-Beninga</i> Ling. Gr. et lat. etym. (4) <i>L. Meyer</i> . Syst. philos. rec. (2) <i>Teichmüller</i> . Chem. organ. (4) <i>Beilstein</i> . Pausan. LL. (3) <i>Couze</i> .
9-10	Exerce. liturg. (1) <i>Schoe- berlein</i> . Pauli Ep. ad Roman. (5) <i>Wiesinger</i> . Evang. tr. pr. (6) <i>Lune- mann</i> Ep. ad Hebr. (3) <i>Schultz</i> .	Pandect. (6) <i>Ribben- trop</i> . Jus germ. priv. (6) <i>Kraut</i> . Jus camb. (2) <i>Schlesinger</i> .	Chem. (5) <i>Wöhler</i> . Ex- erce. clin. et poliel. (6) <i>Baum</i>	Prosem. philol. (1) <i>de Leutsch</i> . Aesch. Pers. (4) <i>Sauppe</i> . Theor. aequat. (5) <i>Riemann</i> Exerce. zoot. (3) <i>Keferstein</i> Logie. (3) <i>Langenbeck</i> .
10-11	Semin. homil. (1) <i>Eh- renfuchter</i> . Semin. ho- mil. 1) <i>Wiesinger</i> . Job. (3) <i>Schultz</i> .	Proc. crim. (5) <i>Zacha- riar</i> . Jus crim. (6) <i>Herrmann</i> . Hist. jur. Rom. <i>Pernice</i> . Jus ec- cles. (5) <i>E. Meyer</i> . Hist. jur. Rom. (6) <i>Ubbe- lohde</i> . Hist. jur. Rom. (6) <i>Schlesinger</i> . Hist. jur. Rom. (6) <i>Hartmann</i>	Embryol. (1) <i>Wagner</i> . Scholl. clin. et poliel. (6) <i>Hasse</i> . Physiol. exper. p. 1 (5) <i>Meissner</i> . Phys. gen. et spec. (6) <i>Herbst</i> .	Trigon. pl. et sphaer. (5) <i>Ulrich</i> . Joh. et ser. Salom. (6) <i>Ewald</i> . Hist. et art. prosar. Gr. (4) <i>de Leutsch</i> . Genes. et Pent. sel. capp. (6) <i>Bertheau</i> . Archaol. univ. (5) <i>Wiesler</i> . Prosem. (1) <i>Sauppe</i> . Chem. agric. (4) <i>Griepenkerl</i> Ex- zoot. (3) <i>Keferstein</i> . Hist. lit. ap. Germ. (5) <i>Fittmann</i> . Hist. Ital. (4) <i>Wustenfild</i>
11-12	Hist. dogm. (5) <i>Reiche</i> . Semin. homil. (1) <i>Eh- renfuchter</i> . Hist. dog- mat. 5) <i>Duncker</i> . Se- min. homil. (1) <i>Wie- singer</i> . Paul. Ep. min. 5) <i>Lunemann</i> . Hist. dogm. (6) <i>Holzhausen</i> . Ev. Matth. 2) <i>Hupfeld</i> . ll. Sammel. (2) <i>Cropp</i> .	Pandect. (6) <i>Ribben- trop</i> . Instit. j. R. (5) <i>Francke</i> . Jur. philos. (4) <i>Herrmann</i> . Instit. j. Rom. (5) <i>Mommsen</i> . Theor. proc. civ. (6) <i>Hartmann</i> . Theor. proc. civ. (6) <i>Pernice</i> . Jus agr. Germ. (4) <i>Ubbe- lohde</i> . Hist. proc. civ. rom. (2) <i>idem</i> . Theor. proc. civ. (6) <i>Maren</i> .	Anat. gener. (3) <i>Heule</i> .	Botan. oerum. (1) <i>Bartling</i> . Psychol. (4) <i>Bohtz</i> Semin. philol. (1) <i>de Leutsch</i> . Hist. reform. in t. Bruusv. (2) <i>Haemann</i> . Daniel. (3) <i>Bertheau</i> . Palaeont. <i>Sar- torius de Waltershausen</i> Exerce. phys. (1) <i>Listing</i> . Not. rr. publ. r. Hann. (2) <i>Wappäus</i> . Geogr. Amer. (4) <i>idem</i> Se- min. phil. (2) <i>Curtius</i> . Semin. phil. (2) <i>Sauppe</i> Sem. paedag. (2) <i>idem</i> . Evv. zoot. (3) <i>Keferstein</i> Plut. V. sel. (5) <i>Lyon</i> . Logie. (4) <i>de Stein</i> . Hist. civ. horuss. (4) <i>Cohn</i> . Geom. anal. (4) <i>Enneper</i> . De mat. et an. nat. (2) <i>Lang- genbeck</i> . L. Hebr. gramm. (4) <i>Lan- deke</i> Eccles. (2) <i>idem</i> .

Hora.	THEOLOGICAE.	JURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
12-1	Ethic. theol. (5) <i>Ehrenfeuchter</i> . Dogmat. christ. p. pr. (5) <i>Schoeberlein</i> .	Jus publ. German. (6) <i>Zachariae</i> . Jus oblig. (5) <i>Mommsen</i> . Inst. j. publ. Hann. (4) <i>Pernice</i> . Histor. jur. Germ. (6) <i>E. Meier</i> . Cic. or. p. Quinct. (1) <i>Hartmann</i> . De honor. poss. vi ad suppl. cett. (1) <i>idem</i> . Enc. jur. (4) <i>H. Meier</i> . Hist. jur. mun. (1) <i>Frensdorff</i> .	Anat. system. p. secund. (6) <i>Hentle</i> .	Mineral. et geogn. agron. (4) <i>Sartorius de Waltershausen</i> . Optic. (1) <i>Listing</i> . Semin. archaeol. (1) <i>Wieseler</i> . Ethnog. et Geogr. orb. ant. (6) <i>Curtius</i> . Walth. ab Av. carm. 2. <i>G. Muller</i> . Gram. l. sanscr. (4) <i>Benfey</i> . Gramm. franeg. (3) <i>Th. Muller</i> . D. aer. al. publ. (1) <i>de Mangoldt</i> . Mechan. anal. (4) <i>Scherling</i> . Astron. phys. (2) <i>Klinkerfues</i> . Archaeol. christ. (2) <i>Unger</i> . Paed. gener. (3) <i>Moller</i> . Hist. phil. christ. (5) <i>de Stein</i> . Chem. org. (6) <i>Geuthner</i> . Hist. imper. Rom. (3) <i>Bessel</i> . Art. mus. hist. (2) <i>Kruger</i> . Paedag. art. hist. (2) <i>idem</i> . Chem. an. (4) <i>Fittig</i> .
1-2	Exerc. catech. (2) <i>Rettig</i> .			Cic. ll. de Offic. (4) <i>Lion</i> .
2-3	Libh. symb. ecc. Luth. (2) <i>Matthaei</i> . D. de civit. chr. (1) <i>idem</i> . Gramm. hebr. (3) <i>Holzhausen</i> .	Jus Hannover. (5) <i>Grefe</i> .	Oss. fr. et lux. (2) <i>Baum</i> . De oc. auriumq. morb. (4) <i>idem</i> . Med. forens. (1) <i>Krause</i> . Cours. operat. (1) <i>Küneke</i> .	Exerc. mathem. (1) <i>Ulrich</i> . Ling. arab. et aeth. (2) <i>Ewald</i> . L. pers. et armen. c. sanscr. comp. (4) <i>idem</i> . Ling. Syr. et arab. <i>Bertheau</i> . Gramm. l. theot. <i>G. Muller</i> . Chrestom. sanscr. (4) <i>Benfey</i> . Pharmacogn. (5) <i>Wiggers</i> . Exerce (4) <i>Melford</i> . Hist. Aegypt. (2) <i>Uhlmann</i> . Ling. sanscr. (3) <i>L. Meyer</i> .
3-4	Isag. in ll. N. Test. (2) <i>Reiche</i> . Theol. pract. p. alt. (4) <i>Ehrenfeuchter</i> . Hist. eccles. aet. rec. (3) <i>Wagenmann</i> .	T. Dig. de her. petit. (2) <i>Francke</i> . Hist. const. Germ. (1) <i>E. Meier</i> . Hist. proc. civ. (2) <i>Schlesinger</i> .	Doct. de rem. effect. (5) <i>Marx</i> . Chir. p. prim. (1) <i>Baum</i> . Med. forens. (2) <i>Krause</i> .	Log. et Metaph. (5) <i>Ritter</i> . Hist. Germa. liter. (3) <i>Bolts</i> . Tacit. Hist. (5) <i>de Leutsch</i> . Hist. regn. Europ. i. a. s. XVI (4) <i>Havemann</i> . Ber. oecon. pol. (4) <i>Helferich</i> . Theor. oecon. nat. (5) <i>de Mangoldt</i> . Anat. comp. (4) <i>Kefenstein</i> . Dei cogn. (2) <i>Moller</i> . Ling. anglosax. (3) <i>L. Meyer</i> . Chem. anal. (2) <i>Fittig</i> . De vas. fict. pictur. (1) <i>Conze</i> .
4-5	Theol. pract. (5) <i>Schoeberlein</i> .	Doct. de summ. caus. civ. cogn. (3) <i>Briegleb</i> . Civ. pract. (2) <i>Thöl</i> . De jud. inrat. (2) <i>H. Meier</i> .	Path. et Ther. gen. (3) <i>Marx</i> . Chir. p. prim. (5) <i>Baum</i> . Pol. sanit. <i>Lohmeyer</i> .	Antiq. German. et Tac. Germ. (4) <i>Waitz</i> . R. scen. Com. Gr. et Arist. Av. (3) <i>Wieseler</i> .
5-6	Exercit. catech. (1) <i>Wiesinger</i> .	Schol. exeg. (3) <i>Ribbentrop</i> . Civ. pract. (2) <i>Thol</i> .		(Geom. pract. (4) <i>Ulrich</i> . Observv. phys. (1) <i>Weber</i> . Phys. exper. p. pr. (3) <i>idem</i> . Hist. philosoph. p. prior. (5) <i>Ritter</i> . Philos. relig. (4) <i>Lotze</i> . R. financ. (5) <i>de Mangoldt</i> . Obs. magnet. (1) <i>Scherling</i> . Dant. vit. (1) <i>Tittmann</i> . Wipp. ser. (1) <i>Cohn</i> . Hist. Angl. (2) <i>Abel</i> .
6-7	Cant. eccles. (1) <i>Schoeberlein</i> . Societ. theolog. (1) <i>idem</i> .			Geom. pract. (4) <i>Ulrich</i> . Observv. phys. (1) <i>Weber</i> . Phys. exper. p. prim. (3) <i>idem</i> . Gramm. l. angl. (4) <i>Th. Muller</i> . Gramm. angl. (4) <i>Melford</i> .
7-8	Suc. theol. (1) <i>Schoeberlein</i> .			

NB. Scholae, quarum horae non indicatae erant, in hunc conspectum receptae non sunt.





27-2-64 7172

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

PA Leutsch, Ernst Ludwig von
4274 De Pinleri corporis Isthmii
I5214 secundi prooemio commentatio

